



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

Nulla nomine adeo dolendum esse vt ob peccata. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

ANTHOLOGIA. 8

*Qui spes in mundi prosperitate suas.*

*Atque ideo in terris firmi nil prorsus ut esset,*

*Constituit, supera qui manet arce, Pater.*

*Scilicet ut firmi nihil hic stabilisque videntes,*

*Tendamus celeri semper ad astra pede.*

SCHOLIA.

*Atque ideo in terris* ) Hanc cau- *Orat. de*  
sam affert Gregorius theologus, *paup.*  
cur Deus res humanas in sum- *amor.*  
ma varietate atque inconstantia  
versari voluerit: nempe ut earum  
instabilitate perspecta, nostrum  
amorem ad ea conferamus, quæ  
mutationis omnis atque incon-  
stantiæ expertia sunt.

Nulla nomine adeo dolen-  
dum esse ut ob peccata.

7.

*Q*uid facit is, cui parca tulit crudelis amicum,  
*Aut rapuit seua pignora chara manu?*

*Protinus Et ludos pellit, risusque, iocosque:*

*Nil famam Et plausus curat, opesque nihil.*

*Eia age, cura tua si te tenet vlla salutis,*

*Quæ dicam memori pectore coude, precor.*

SACRA

*Quod carni prestat aliena, morte perempta,  
Hoc animæ presta sedulus ipse tuæ.*

---

SCHOLIA.

*Hom. de  
cōpunct.  
cord.* Quod carni prestat) Chrysoſtom<sup>9</sup>  
in quadam homilia ſtatum ho-  
minis, qui propinquum aliquem  
aut ſingularem amicum morte  
amiſit, fuſſimè deſcribit, oſten-  
dens nimirum, quemadmodum  
in luctu ac ſqualore verſetur, o-  
mnémque animi oblectationem  
prorſus reſpuat, totúſque in triſti  
cogitatione deſixus ſit. Ac poſtea  
ita cōcludit: Quod tu alienæ car-  
ni exhibes, hoc animæ tuæ exhibe.  
Et ſanè præpoſterum admo-  
dum eſt, amicorū corporea mor-  
te diſcruciari, atque interim ob  
ſua peccata minimè angī: cūm, vi  
*i. Cor. 7.* eſt apud Apoſtolum, triſtitia, que  
ſecundum carnem eſt, mortem  
operetur, ea autem quæ ſecundū  
Deum

ANTHOLOGIA. 9

Deum est, pœnitentiam in salutē  
stabilem pariat. Cyprianus eos, *Serm. de*  
qui persecutione grassante fidem *Laps.*  
abiurauerant, ad pœnitētiam co-  
hortans, eandem planē similitu- *Serm. 41*  
dinem vsurpat, quàm Chryso- *de sanct.*  
stomus, ac post eum etiam Augu-  
stinus.

In cœlo thesaurizandum  
non in terra.

8.

*Q*uis sapere hunc dicat, Cereris qui condit in imo  
Munera, nec superis collocat illa locis?  
Non minus insanit, sua qui non condit Olympo,  
Sed credit terra, quas malè seruat, opes.  
Visne igitur tua non pereant, non pabula blattis  
Suppeditent, furis non metuant que manus?  
Pauperibus ser opem, promptusque alimenta ministra.  
Conseruabis opes hac ratione tuas.

SCHOLIA.

*Quis sapere hunc dicat*) Augustinus  
Tract. in 48. Psal. exponens hunc  
vers. Non dabit Deo placationē  
suam, vt diuites ad bene de pau-  
b